

cere non possunt: sanctam trinitatem glorificantes: silentium non habent: nec habebunt in sempiternum: vere ergo beatquia verbo domini sic firmati sunt: et spiritu oris eius sic firmata est omnis vius eorum ut nullius vng̃ instabilitatis timeat possint eucentum. Hec est victoria vbi dei demonia in spiritus sancto iam tunc de celo ciecentis quia sicut in ipso propositū fuerat ita factum est dum isti intellectuāles celli eius in ipso sunt firmati et in spiritu oris dei.

Incipit liber secundus.

De eo q̃ dicit dominus ad prophetas Ezechiel. Sili hominis: leua planctū super regem tyri.

Capitulum primum

Atereā dū laudantium atq̃ iubilantium pro victoria verbi dei angelorum mens humana contemplari nitit gaudium et exultationem ecce auditum facit: non leviter attendendum verbum ipsum factum ad prophetam: et dicens Eze. xxviii. Sili hominis leua planctū super regem tyri: et dices ei. Hec dicit dominus deus. Tu signaculum similitudis plenus sapientia et perfectus decor in dilectione paradisi dei fuisti et c. magna et mira verbi domini disciplina cuius preceptum est ut tanti aduersarij ruinam irrecuperabilem plangat propheta. Num et in celo beatis spiritibus illis exultabitis per ipsum verbi victoria planctū super eius modi creaturam leuare iubebat: pro eo qđ illa suisset inuenta iniustas et qđ perdidisset eam verbi ipsum perditione sempererna. Nescit homo viuens quid laudantes et iubilantes dicant angeli. et si qđ audiuit quicquid ex eorum dictis non annunciat hominibus totum quod audiuit: quia dicta illorum archana sunt et non licet ea homini loqui. **C**orinth. xiiij. **E**ccl̃ū tamē postq̃ incarnationē ad ipsum b iii

Folium.

vel esse credendus sit. Alioquin si ab initio creationis perfecti fuerunt angeli: Et nihil defuit eis multos consiliarios in ceteris operibus suis deus habere potuit. **P**icit autem scriptura prophetica. **Q**uis audiuīt spiritū domini: aut quis consiliarius eius fuit: et ostendit illi. Apostolus quoq; ait. **R**o. xi. **Q**uis enim cognovit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit. **N**imirum sicut idem prosequitur quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: solus creator scivit et fecit omnia. **A**ngeli autem vbi ab ipso creati sunt ceteris operibus spectatum admissi qui bono et simplici oculo viderunt et non inuiderunt: sed laudauerunt sapientiam tantum artificis: ad eius amiciciam digne sunt puecti qui vero nequam habentes: oculū inuiderunt: et oderunt: iuste repulsi longe qđ sunt remoti.

MQ; sancti angeli materiam laudis habentes formidines dei in ipsa deiectione dyaboli et tunc magis eterno amore ad eum: quia ne cadent et ipsi verbo dei et ipsi oris eius sunt firmati a laude sancte trinitatis tacere non possunt.

Capitulum xxxi.

Sublato igitur terribiliter deturbato satana fuit dyabolo cum angelis eius continuo profectus: hunc sancti angeli habuerunt ut nouam diuine laudis habentes materiam: nouum inciperent canere canticum: fortitudinem: namq; creatoris in magne creature deiectione viderant gratiam: et misericordiam creatoris eisdem in semetipsis agnouerant: qua se ne et ipsi coruerent preuentos fuisse non ignorauit. **E**iusdem quippe conditionis cum essent: suam in perditione illorum salutem reseruatam statimq; retentum non leviter appendere potuerunt aut possunt: laxata sunt foramina lapidum preciosorum: laxata et dilatata sunt plus que in semetipsis auri receperunt: grossiores atq; foriores insolubilis auri ligaturas admiserunt. et ad cretorem suum eterno amore astricti sunt. **E**x eo laudantes atq; iubilantes ta-

Liber

Verbum per crucem et sanguinem suum de eodem aduersario rursus triumphauit. Nam non est cur debeat plangi vel super eum plancus leuari. Antea Victor exercitus verbi dei. victrix celorum milicia omnis sic imperfectum habere poterat gaudium: quonodo bello ciuili peracto: multisq; ciuib; peremptis: pars victie plenarij non potest triumphaliter victorie sue celebrare tripudium. Habet enim quod plangat quia videlicet tot vel tantis ciuib; amissis orbata ciuitas diminuta est res publica. Exemplu de sacra proferre liber hystoria

Exemplum de sacra hystoria vbi si lij israhel victores fleuerunt dicentes. Quare domine faciun est hoc malum vi bode vna tribus auferetur ex nobis: et qd iuxta hanc similitudinem sanctis angelis de victoria illa in ruina dyaboli quippias de pleno gaudio defuerit

Capitulum.ij.

Vim pro scele
re ciuitatis gabaa que erat in tribu beniamini filii israhel: commune contra filios beniamini bellum suscepisset: atq; semel et iterum frustra con gressi tercio tandem conflictu ita vicisset et interfecisset eos vi nō remanerent ex eis nisi sexcenti viri venerunt omnes in domum dei in sylo: et in conspectu eius dentes vñq; ad vesperam leuauerunt vocem et magno ululatu cuperunt flere dicentes. **Judi. xxi.** Quare domine deus israhel. Factum est hoc malum i populo tuo: vi bode vna tribus auferetur ex nobis. Rursusq; altera die consurges et holocausta domino offerentes fabant et dicebant. Ablata est vna tribus d israhel. Non vñq; permisit eos qd fr̄s suos vicissent et occidissent iure p̄clij sed qd causa vel malu accidisset propri quod sic oportuissent fieri. Beniq; inter ipsum ploratum dum consilium quererent quater ablatum possent recuperare tribum dixerunt. Quis non ascendit in exercitu domini de enuersis tribibus israhel. Et

Secundus

ecce inuenire sunt habitatores: iabcs: gala ad in illo exercitu non fuisse. **D**iscrunt itaq; decem milia viros robustissimos et precepserunt eis. **H**ie et percunite habitatores galaad. **T**abes in ore gladij tam ero res qm paruulos corum et tantum virginis reseruate. **S**ic dictum: sic factum est. **N**on ergo fleuerunt qd vnam tribum de leuissent: sed qd causa cuenisset cur ita facere merito debuissent. **J**uxta hanc similitudinem non absurde vel incongrue credi potest priorcs sanctos fecisse angelos id quod facere iubetur homo propheta et verbi vel auditor scilicet leuasse planctum super illum regem tyri: id est principem et viuis mundi. Ita ut gaudent qui dem illo dictio factam esse concordiam in sublimibus dei: sed dolerent imminutam esse ciuitatem supernam paucioresq; ecclies regni dei

Lur iubetur homini leuare planctum super regem tyri id est diabolum principem mundi cum ruina eius non homini sed angelorum multitudines diminuerit: hominibus autem possidendas mansio-nes cadendo vacuas reliquerit

Capitulum.ij.

Antula similis
et si non prosfus: eadem erat p p̄bete vel cuiilibet homini ut leuaret planctum super lapsum primi bois. **E**o namq; per precuaricationem labente: non partis aliquante denūmentum: sed totius massae totius generis humani constat cuenisse interitum. ergo et hoc facere debuit et facere iussus est propheta scilicet: leuare planctum sive afflumere lamentum super genus humanum. dum dicitur illi. **Eze. xxvii.** Tu ergo fili hominis assu me super tyrum lamentum: et dices tyro: que habitat in intortu maris negotiatori populoru ad insulas multas. **O** tyre tu dixisti perfecti decoris ego sun et c. **T**yrus namq; genus humanum vel presens designat seculum: non solum propter situm et circumfluentiam aquarum: habundantiamq; negotiationum: verum etiam propter sui nominis interpretationem. Inter

Folium

pretatur enim angustia. **E**t quid est humani generis p̄f̄scens vita nisi miseria et angustia: et angustia miseria. **D**oro ut leuaret plancum super regem tyri id est dia bolum principem huius seculi non eade sunt causa homini quam fuisse iam dictum est sancus et beatis angelis. **C**ur ergo illum plangere iubetur dicendo. **S**ili hominis leua plancum super regem tyri. quo modo plangere debet illum cuius ruina non homin sed angelorum multitudines diminuit. **D**ominibus autem mansiones in celestibus ad quas ascendere et quas possidere possunt cadendo vacuas reliquit plane non oiosa hec inquisitio et non in utili solui potest. **Q**uod ut planus frat videndum prius est quis vel qualis ille plancus sit de quo curare debeat deus dicentem. **S**ili hominis leua plancum. plancus iste humilitas mentis et contractio cordis est: considerantis et videntis opa domini quod terribilis sit in consilijs: non solum super filios hominum: verum etiam super ordines angelorum. **I**lle reuera uiter plangit: ille plancum rationabilem leuat super regem tyri: qui contrito corde et humili spiritu scrutat et perpendit quid sibi faciendum sit pulueri et cineri: cum ille summus angelus tam magnus: tamen sapiens: tam speciosus ita terribiliter proiecens sit pro eo quod creatori suo subditus esse noluit tamquam vilis: tam fatuus: tam desformis sic effectus: ut iuxta veritatem propheticam. **Eze. xxviiij.** **D**omines qui uiderint cum obiupetum super eo. **Q**uia nihil facius est: et non erit imperpetuum. **Q**ui hec perpendens humiliat animam suam sub potenti manu dei. **Haco. iiiij.** vera humilitate: vero humilitatis spiritu qui ubi cor tetigerit utique excitat inenarrabiles gemitus. **I**lle reuera plancum leuant super regem tyri condolens sibi met quod vel de imitatione eius aliquid iniquum admisit: vel quod fieri potest ut admittat si non dum admisit. **A**d hoc pertinet quod psalmista dicit. **S**eruite domino in timore et exultate ei cum tremore. **E**t quicquid huic simile personat in scripturis sanctis: per quod commoneatur homo

Xij

Vi vigilans et valde sollicitus sit: ne quando in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli

De prescientia creatoris quod illi soli notum et cunctis angelis tunc erat absconditum pietatis sacramentum unde vel quo modo recuperaretur diminutum que acciderat ciuium superiorum.

Capitulum. iiiij.

Et quidem sa

Et angel detinendum et iam dictum est sue multitudinis plange poterant in spiritu pietatis. **D**eus autem apud se in verbo suo in quo uita erat quicquid factum est. iam dudum habebat et videbat quid esset facturus ad gloriam et laudem nominis sui. **S**olus ipse nouerat et cunctis angelis absconditum erat quemadmodum apostolus cuius vidisset. **2d Ephe. iiij.** que sit dispensatio sacramenti additi absconditi a seculis in deo qui omnia creauit ut inotescat principatibus et potestatibus in celestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. **Q**uid erat absconditum vel quale erat illud sacramentum. **N**imirum ut summe benevolentie largitas largissima creatoris benivolentia de inope et abiectione terre materia que tunc sub aquis latebat gloriosam et angelice claritati consimile ederet creaturam: et vii personae ex multitudine eiusdem creature suam daret potestatem et honorem et regnum: nihil que illius haberet creator quod ipse creator omnium: totumque reipublice eius obtineret imperium: **V**ere magnum pietatis sacramentum quod tunc quidem ut iam dictum est erat absconditum nunc autem manifestum est in carne: iustificatum est in spiritu: predicatum est gentibus: creditum est mundo: assumptum est in gloria. **N**ota est persona illa: quia non solummodo creatura: sed etiam creator est id est non solummodo homo: sed etiam deus est. **C**elsitudinem illam diabolus per superbiam ambire presumpsit dicendo. **Isa. xiiiij.** Ascendam super altitudinem nubium et humili ero altissimo. At ille scilicet altissi-
b. iiiij

Liber

mus tantam presumptionem repulit et dā
nauit: non quod eandem suam celsitudinem
rapinam arbitratur: cuperetq; gloriari
solus: sed quod sciret creaturam non posse hu-
militet sustinere tante felicitatis pondus
nisi creatura ipsa sic assummeretur ut sal-
ua unitate personae esset etiam creator id
em deus. Res tanta tam mirabilis ingen-
ti prelio decertata: tandem ad effectum p-
uenit victo et confuso diabolo qui per au-
daciissimam impudentiam semper natus
est auferre propositum dei. Et hec est vi-
ctoria ubi dei cuius predicare triumphus
presentis opus intendit et.

De constitutione mundi et creatione
hominis propter quem diabolus contra
creatorem certamen arripuit.

Capitulum. v.

Quid longius
quod morer positus est locus certa-
minis et factus est homo legi-
tima possessio dei: et causa totius certa-
minis hoc modo positus est. **Gene. i.**
Dixit deus: fiat firmamentum: et factum
est firmamentum in medio aquarum: di-
uisitq; aquas que erant sub firmamento
ab his que erant super firmamentum. **d**ixit deus. Longegenerunt aque que sub ce-
lo sunt in locum unum et appareat arida
factumq; est ita. **I**stis partibus tribus
scilicet firmamento id est celo et congre-
gationibus aquarum id est mari: et arida
id est terra. **L**ocus effectus est scilicet hic
mundus: et deinde ornatus est ita ut recte
vocetur cosmos in greco quod ornatum
sonat in latino. **Gene. i.** **D**ixit enī de-
us. Germinet terra et germinauit herba
virentem et astrentem semen iuxta ge-
nus suum. lignumq; faciens fructum: et
babens unumquodq; semencem secundū
speciem suam. **D**ixit deus. **F**iant lumi-
naria in firmamento celo: et factum est ita
Dixit deus. **P**roducat terra animam
viventem in genere suo: iumenta et repri-
lia et bestias terre secundum species suas
et factum est ita. **A**lt tandem esset homo
qui ut dictum est possessio dei totiusq;

Secundus

certaminis est causa: non dixit deus. **F**iat
homo sed faciamus ait hominem ad una-
ginem et similitudinem nostram. **B**e ista
parte creature dī id est de humano gene-
re qualiter pro illo verbum dei certaque-
rit et per seipsum vicerit note et plane
sunt historie sacris digeste litteris non so-
lum euangelicis sive apostolicis: verē eti-
am legalibus et propheticis. **N**orō de
alia id est angelica creatura quale in ce-
lo certamen fuerit tantum: nonum ē quin
cum ex eiusmodi sermonibus propheticis
valer agnoscit: quos ex parte aliqua con-
tingere sive explanare precedentes libri
raro postulauit. **S**acre nanq; scriptor hi-
storie ymo qui per illum scriptit digitus
dei ea sufficere iudicans que ad rationes
pertinent generis humani: sere nihil de a-
gelorum conditione: reprobo sumq; spiri-
tuum precuaricatione narravit nisi hoc ta-
tum: quia dixit deus. **F**iat lux: et facta est
lux: et vidit deus lucem quod esset bona
et diuinitus lucem et tenebras: appellauitq;
lucem diem et tenebras noctem. **D**ene. i.
Qui de angelis esse dicunt q̄ re-
cite doctores precipui senserint hic prece-
reundum non esset: nisi quia iam in alio
opere tractatum est: et alterius nunc incep-
ti cursus nos detinet.

De horribili ambitione diaboli diui-
nitatis nomen pertinaciter ambientis et
contra de intentione circa hominem vel
proposito dei.

Capitulum. vi.

Dicitur pulchra facta erat possessio
dei: ubi prius erat abyssus: et te-
nebre super faciem abyssi. Erant autem
hec omnia valde bona per verbum facta
q; sicut iam prelibatum est de singulis dī
xii deus: fiat et factum est ita. **I**uste igit
eiusdem verbi: eiusdem dei debebant esse
omnia. **S**ed o infinita diaboli ambitio p-
iectus de celo principatum arripare pre-
sumpsit tyrannus furiosus in hoc mundo
eandem quippe spirans divini nominis
auiditatem qua dixerat in celo. **I**saic

Eccl. proprie-

Liber

ergo tria si nō defuisse homini iam tūc
factus fuisset ad similitudinē dci: quoniam
in his tribus haberet signaculū trinitatis

I Qualiter hominē dyabolus deceiverit
et q̄ exinde serpens meruerit dici: quia vt
homines deciperet ipse qui sumus lucrat
angelus serpentem ingressus est.

Capitulum.viii.

Erit ecōtra ille

E le hostis dei vt non recipet ho
mo precepū dei vt sibi potius
q̄ deo fieret homo similis. Serpentes nā
q̄ ingressus. **S**eneb.iiij. **I**ur inquit
ad mulierem precepit vobis deus vt non
comederentis de omni ligno padisi. at illa
Ne forte inquit moriamur. et ille. **N**equa
q̄ ait morte morimini. **S**ed cur precepit
vultis melius nosci cur ita precepit. **E**c
ce dico vobis. **H**ec enim deus q̄ in quo
cunq; die comederitis et eo aperient o
culi vestri et eritis sicut dij scientes bonū
et malum. **C**redit mulier magis dyabolo
q̄ deo: magis serpēti q̄ creatori: et ambo
comederunt sc̄z mulier et vir. **T**raq; simi
litudinē dei perdidérunt: et ci potius faci
sunt similes cui crediderunt: quia simile
peccatum admiserunt. **Q**, enim propter
peccatum ille cecidit de celo: nisi quia dixit
Islai.xvij. **I**scendaz in celum et similis
ero altissimo. **Q**uid autem aliud in pre
uaricatione illis presumere persuasit di
cendo. **C**omedite et eritis sicut dij. igitur
quasi palmā de horne obtinuit abduc
sarius dei et magnifice gloriabatur quasi
vicisset et auerisset penitus propositum
dei: viptota dicens in corde suo. **N**ō deus
ad similitudinem suam: sed ego effeci ho
minem ad similitudinem meā. **E**x eo qui
prius causas habuerat vt vocaretur dyab
olus et satanas. **J**am terciā habet cau
sam vt adhuc alio nomine vocetur quod
est serpens antiquus. **D**oc est illi oppro
brium sempiternū: quia tali nomine cen
setur. hoc illi exprobrat verbum dei: dei
veritas: q̄ pro admittendo tali sacrilegio
serpentem ingressus est: venenata totus
ardens inuidia. **Q**ui enim hoc intendens

Secundus

cum fuisset sumus angelus: abiecum re
pule ingressus est: et suum mendaciū de
serpente in mulicrem: de muliere in virū
serpere fecit: ad perditionem totius poste
ritatis: ad mortē totius generis humani:
nonne merito nomen serpentis bcredita
uit.

Iur cū adiectione dicatur serpens an
tiquus. deus autem sine adiectione: vel p
prie vel pprii nominis vice antiquus dic
erū predicetur.

Capitulum.ix.

Ec vero pre

Tercundum q̄ non solūmodo
serpens: v̄q̄ et cum adiectione
serpens antiquus cognominatur: **R**ecie
si quidem sic predicatur: quia multo v̄cī
stior est serpente illo v̄sibili animāte sive
reptili quez ingressus: et per quē locutus
venenum deceptionis est udit. **T**lla nāq; sexta
dic mundane creationis inter ani
mantia cetera creatus est. dicente deo

Seneb.j. **P**roducat terra animam vī
uentem in genere suo uimena reptilia et
bestias terre fin species suas. **E**t ipse vī
delicit apostolus q̄ venustus est. ipse est
principium viarum dei. ait ipse deus ad
beatum iob. **M**ultū ergo antiquus ille
serpens est. Attamen non sic predicatur:
vel predicari debet antiquus quomodo
deus. **I**llle nanq; solus sic predicatur an
tiquus vt hoc ipsum adiectionum vice pro
pprii nominis ponatur vt illuc. **A**spiciebas
donec throni posui sunt et antiquus dixer
scit. Item **S**anctis. viij. **E**t ecce in
nubibus celi quasi filius horis veniebat
et usq; ad antiquū dierum peruenit. **H**u
iūmodi dictio per tropum ponitur qui a
grammaticis antonomasia dicitur vīdelicit
cum pronomine id est vice nominis aliud
quid insigniter predicatur. **I**gitur serpēs
antiquus quidē et ab inicio nocens ei pse
quens: antiquus inquā adiectione dicatur
Solus aut deus q̄ ab eterno et internū est
et sine inicio et sine fine est proprius vel p
pprii nois vice antiquus dixer gloriose pre
dicet. **T**alis vīctor vi sibi videbat quales
et q̄ dgrū sive victorie acq̄sivit tytulū vt

ECUNDUS
us angustus abeum re
fl. c. fum metasq; de
crem de militare in rati
perfonam tota poe
tus genere translat
meni serpens corona
ione dicitur serpens in
in line abominatione p
tus filii antiquae die

Vero pre

am q; non foliomo
rūc; c. cum apicōe
sgnificatur: Noc
gantia multo ven
lo infida amata fue
sue et per quā locuta
sue c. ut. La rieq
creacione sicut an
tus c. ducere bo
ducere terra anima t
tua humana regula et
poces fias. Et q; r
q; remittit c. spē d
m dci. aut spē deus as
vita ergo arquile
non le patetum:
et antiquus quonodo
les se pugnare et
atricium fieri pro
ri illi. Apodog
un et antiquis dīc
dīc. n. Et cōsider
que bona mīcō
lūcū ponit q; a
nalia dñi viderit
Et rūc; nomina aliq
cam. Serpens
una vocis et g
na admodum viderit
ib cīo et iācīo et
ne cī pugnare p
de dīc glōc; p
fibi nōcīa pāz
ne acīo pāz

Folium

Vocaretur extūc serpens antiquus et dyabolus et satanas: contra quod deus dicit et est solus antiquus dictum: et solus alius est: et solum verbum eius veritas.

O, dyabolus hominem decipiendo sere cuncta sophistice locutus fuit.

Capitulum.x.

Doro victori

Pa cius i qua gloriabatur vt iā dictū est talis erat qualis odi biliū sophistarū erat. Nam per equi uocationes incautos et imprudētes circumuenit in primis dīcēdo. Nequaq; morte moriemini: volens intelligi mortis carnis que est separatio anime et corporis: cum deus dīcendo. **Beneſ.ij** In quoq; die comedēris ex eo mortis morieris: intelligi voluerit anime a deo. deinde dīcendo. Aperiētur oculi vestri. apertioē oculorū valde nequiter equiuocauit. Est enim alia apertio oculorū qua cognituri erant cōfusibiliter se esse nudos. Est alia que illuminatio dicitur vt nihil latere pos sit. Illum priorem modū apertioē oculorum ille proditor intendit. Hunc autem posteriorem seducta mulier intellexit. si militer equiuoce dixit. Eritis sicut dij. se et suos angelos cogitās quos intendebat generi humano ita ingētere vt diuinam illis exhiberent culturam. Ipos autem intelligere volēs q; eque vt creator deus vera diuinitate dij fierent. Item dīcendo. **Beneſ.ij** Scientes bonum et malum boni et mali cogitabat experimentū. Ipos autem volebat intelligere scientiam omnium rerum bonarum siue malarum scientiam omnium inquit siue preteritorū siue presentium siue futurorum. Idcirco dicere noluit scientes omnia: sed scientes inquit bonum et malum: vt dum cuncta euēnissent contra spēm: sensumq; illorū ipse nihilominus scīpsū defendere possit tanq; veracem et oia vera locutū. Recite igitur sapientia. **Ecclesiastici.xxxvii** qui sophistice inquit loquitur: obvīlis est omni re defraudabitur. Non enim data est illi a domino gratia. Omni enim sa-

riuij

pientia defraudatus est cum hec dicit. recte subaudimus. quemadmodum ille serpens antiquus qui vere omni scientia defraudatus est. **Hic** in eum per prophetam inter cetera dicitur. **Ezeb.xxviii**

Perdidisti sapientia tuā in decorē tuo. Sic enim quisquis eiusmodi est. ipse similiter vt ille serpens omni est sapientia defraudatus: nec vere dici potest sapiēs: sed maliciousus.

Nō homo in illa suimer deceptione fu erit inexcusabilis: quia neq; per ignorātiā: neq; per infirmitatē decipienti con sensit. **Capitulum.xi.**

Nec vero tan

Nummodo de victoria gloria baſ: veū etiam de iusticia: siue de iusta Victoria fibimur placebat dei et hoīs inimicus nimis iniustus. Neq; enī inuitum: sed volenter hominem vicerat. Deniq; neq; de ignorantia: nec de infirmitate homo excusari poterat. Quomō de ignorantia excusaretur cui rem per se metipsum notam fecerat deus. Quomō de infirmitate qui nullas corporis vel carnis sue pugnas patiebatur. Ne saltem e suriret sufficere poterat cetera omnia paradiſi ligna: que gratia largitoris abundanter uno exceptio tribuerat. **Beneſ.ij** Ex omni iniquis ligno paradiſi comedē. de ligno autē scientie boni et mali ne comedas. Restat vt per superbiam et contemptum peccasse credatur: nolendo sc̄ pati imperium: nolendo recognoscere q; eundē quem creatorē et tam deliciosū paradiſi habebat largitorē: deberet habere etiam preceptores et dominum. Ita esse litera quoq; manifeste declarat. **L**ū enim dixisset dominus deus ad mulierē. Quare hoc fecisti: nullū subiectionis aut humiliatis verbū respōdit: sed hoc tantū dixit. **Beneſ.ij** Serpens decepit me et comedī. Adaz quoq; nihil aliud respon dit nisi hoc. Mulier quam dedisti mibi sociam dedit mibi de ligno et comedī. perfecto responsa hec non p̄sentientium domino aut humiliū: sed rebellium sunt et consummatum. **N**olam faciunt dicta hec

Liber

q; non quasi per vim capit: sed q; si trans
fage exigerant ab imperio legitimi do
mini et creatoris sui. Agitur quodam quidem
iure genus humanum peruersor hostis ex
tunc detinebat. sed nibilominus in ipsum
tota perditionis hominum causa redundat
nec vere iusta fuit eius victoria q; eiudem
invidens callida malitia: maliciofa calli
ditas.

De responsione ad illos qui dicere so
lent quare deus omnipotens et oia Icens
non preuenit: non precauit ne continget:
sive ruina angelii: sive deceptio hominis.

Capitulum.xij.

Dicebat nunc
vsiq; homines curiosi et inquieti
secretorum dei scrutatores nimis
scrutatores suspiciosi. quare inquit deus
omnipotens et deus omnia sciens no p
uenit: non precauit: ne illa contingent.
Si voluit angelum in celo: et hominem
permanere in paradyso cur non preuidit.
cur no prius effecit ne vel angelus i celo
vel homo peccaret in paradyso. Homo
quisquis es qui versas questiones binius
modi. desine sic pulsare altitudinem ma
iestatis creatricis: magisq; pulsa et accusa
leuitatem virtusq; creature rationalis sc;
tam angelii q; hois: quia neuter ingentia
dei beneficia sustinuit. vterq; gradia dei
dona in materiaz veritati superbiendi. Quid
enim nisi bonum creatoris donum in su
perbiam exultit tam hominez q; angelu.
Illum in apice celitudinis angelice con
stituit. istum patrem multitudinis hominum
multitudinis sanctorum: et dei filiorum esse
volens in paradyso collocauit. Numirum
magna virtusq; cellitudo: illius in princi
patu angelico: istius in propagando ge
nere humano. Neuter pondus tanti ho
noris humiliter ferre potuit: viptote vriq;
creature leuis. Unde autem leuitas vterq;
creature nisi ex propria conditione. Et ut
manifestius dicum sit. unde vterq; leuis
nisi quia de nibilo: vel de no existentibus
creata est. Creatus quidem est homo de
aliqua materia sc; de terra: sed ipsa terra
de nibilo creata. Similis angelus de qua

Secundus

licunq; materia creatus sit ipsa eius ma
teria de nibilo creata est. quia ergo tam
angelus q; homo de nibilo creatus est:
creatura leuis est. et nisi ipsum per quod
creata est. verbum domini verbum incre
atum per amorem suscipiat nullius pon
deris est. nullum dei donum sive beneficiu
ferre potest humiliter. Quid ergo homo
deum accusas si cuncta dona sua creature
subtrahit nibilq; confert: ne habeat occa
sionem superbiendi: ipsa creature sive an
gelica sive humana quid erit. Si autem
omnia vni que cuilibet creature conseruat
non supportat creature per elationes sub
uersa. Ecce comprobatur est ex duobus
sc; ex summo angelo et ex homine qui prior
conditus et pater omnium fuit istius: quia
principatum omnium nullus humi
liter ferre potest nisi deus increatus

De virtusq; casum notu quidem prius
q; fieret habuerit deus per prescientiam:
sed utile fuerit noui fieri per experimen
tum.

Capitulum.xij.

Omprobatio
inqua est hoc notu esse valde
tam angelis q; hominibus e
lectis vule est. Dicit enim apostolus **C**o
Rom.viii **I**scimus autem quoniam dili
gentibus oia cooperantur in bonum. Si
omnia: nonne inter omnia tale experimen
tum cooperatur illis in bonu. Proseco
non parua cooperatio est in bonum res
gesta per quam ad cognitiones creatoris
eruditu sunt et erudiantur vterq; nunc. Sei
mus enim et adhuc discimus recolendo ista
que nunq; obliuisci debemus. quia nec
sarium fuit ut neq; angelus neq; homo
quisq; principatum totius creature adipi
scetur: sed solus deus ipse qui veraciter
dicere potest. **D**ath. xj. **B**iscite a me
quia mitis sum et humilis corde. Mane
et cum angelum sumnum in celo et cum
protoplasmis collocaret in paradyso: illu
super ceteros angelos. illum ut humani
generis esset propagator. Unus sciebat
apud scientium posse in talis discipline
magisterio certis praedicere et dicere. Biscite

Secundus
a cruce in pia dies res-
creas et quia ego tam
mo de nobis crues erit:
et noli quippe quod
cum domini resurget
semel suscipere nolle pos-
se dei donum; fidei po-
tius. Quod ergo domi-
nica dona sua et gen-
te confere habent ora
spiritu creature sue an-
no quo est. Si autem
liberis creature conferat
aura per clavos his
omnibus est et ducens
o et bonis qui possi-
mentum fuit istudque
omnium molles bunt
alios in causa

non nulli quidam pre-
dicti deus per predicationem
non per mortem
Liquido
improbatus
est hoc non est satis
angeli g bonorum o-
rum et apostoli ad
nos ait quoniam di-
catur in bonum. Et
omnia tale experien-
tia in bono. Propterea
non est in bonum res-
ponsio et auctoritate
unum regnare. Ha-
bitum in malo ista
debet quia nos
angeli neq; bono
non possumus respi-
ciere apud quod re-
statur. Ad hanc a me
comitis copia. Bene-
dictum in celo o cum
care in paradise illi
est. Utrum videntur
apace. Una factio
ille in aliis diebus.
poterit etiam. Tertio

Folium

a me qd mitis sum et humilis corde. Sciebat inquit sed non eo modo quo scire vult res de quibus iudicari a debet proferre sententias exempli gratia. Sciebat quale peccatum esset zodome et gomore: et tamen dicebat. **Seneck. xviiij.** Descendam et videbo utrum clamores qui venit ad me operae compleuerint an non est ita: ut sciat. Ergo modo quodam nouerat se per scientiam: modo quodam nondum nouerat videlicet per experimentum. Ita et antea angelum sublimaret in celo: et humani generis propagatorem in paradyso nouerat iam utrumque per scientiam: sed nondum per experimentum. Noluit ante experimentum proferre iudicium expectans ut noticie sue participes electos haberet tamen homines quod angelos quod ab experimento actum est: et utrumque perutile est. Sed iam ad ipsum certamen et victoriam verbi dei finis gestas recolendam ordinem atten-
dendum est.

De dormitione dei propter quam di-
ctus est. Et cum audissent voces domini
dei deambulantis in paradyso ad auram
post meridiem. et de excitatione ipsius: lux
qua scriptum est. **Ei** excitatus est tanquam
dormiens dominus.

Capitulum. xiiiij.

Domi nulius quasi
dormitauerat dominus deus
quodammodo dormierat inter
du res accidit: quia se serpens ille victor
esse: id est propositum dei auctorisse puta-
bat. **Nisi** enim dormitasset siue dormisset
nihil aduersarius eius efficere potuisse.
Hoc ipsum videlicet eum dormisse dor-
mitione quadam propter quam solemus
dicere. **Psalm. xluij.** Exurge quare
obdormis domine. Scriptura ipsa innuit
cum dicit. **Seneck. iii.** Et cum audissent
vocem domini dei deambulantis in pa-
radiso ad auram post meridiem. **Dost** me
ridiem namque deambulare ad auram con-
suetudinis humanae est: ut post calidum so-
porem quispiam qui forte crapulatus ob-
dormierat in aura tepida respiceret: et cor-

12

pus suum refrigeret ac relinet. **Bomis**
erat ergo quadam dormitione id est taci
turnitate: permittingo serpente accedere
mulierem colloqui cum serpente: virum
quoque mori piter per inobedientiam morte
amicus. **Dorro** ut sic dormiret deus culpa
hominis extitit. quia deum neque gratas
agendo: neque inuocando excitauit. **Quid**
igitur a dyabolo factum fuerat nisi quod
dam latrocinium. **Quomodo** gloriari so-
let fur cum furatus recesserit. **Sic** ille de-
ceptor ad horam gloriari pro scelere suo
potuit. verum sicut tempore longe poste
riori factum et scriptum est. **Psalm. lxxvij.**
Et excitatus est tanquam dormiens dominus
tanquam potens crapulatus a vino: et percus-
sus inimicos suos. Ita et de illo tempore
recte dici potest. **E**cclitatus enim est tunc
tanquam potens crapulatus a vino: id est tanquam
negligens factus hominis propter ausum
superbie: qua deo fieri similis ambierat
homo. **E**cclitatus inquit est id est requi-
situs perditum: et percussus inimicos suos
videlicet serpentem virum et mulierem.
Quo percussit eos. **N**imirum verbo sua
verbo victorioso. singulis quidez pro me-
ritis: sed non eadem animaduertione per-
cussit. **N**am quomodo percussit quis ini-
micum suum ut interficiat illum. ita per-
cussit serpentem antiquum ut damnaret
uno ut damnationis sententiam confir-
maret super eum. et quomodo percussit quis
filium vel seruum suum ut corripiat eum
ita percussit superbientem hominem ut ad
humilitatem que inicium salutis est redu-
ceret eum.

De dicto illo ad serpentem. **Quia** fe-
cisti hoc maledicu[m] eris inter omnia a-
nimantia et bestias terete.

Capitulum. xv.

Hec enim ad ser-
pentem. **Seneck. iii.** **Q**uia
fecisti hoc maledicu[m] eris in-
ter omnia animantia terre super pectus
tuum gradieris et terram comedes cum
cuis diebus vite tue. mulieri quoque dixit.
Multiplicabo crinas tuas et conceperis

I.ber

mos. In dolore paries filios tuos: et sub viri potestate eris: et ipse dominabitur tui. Ade vero dixit. Maledicta terra in ope tuo: in laboribus comedes eam et c. vñqz donec reuertaris i terra de qua sumpitus es: qz puluis es: et in puluerem reuertaris. Profecto neqz mulieri. maledicta es: nc qz viro. maledicuſ es: dixit. sed tantuſ hoc maledicta terra in opere tuo. Cuius vide licet terre maledictio no aliud est: qz mul timoda et freqnſ afflicio qua per varios euētus terre ex eo corrupte et deteriorate atfligitur homo. Soli serpenti dixit. male dictus eris: quo videlicet dicto firma et immutabilis intelligenda est sententia ceterne damnationis. quis enim ita litera sonet ut de animante serpente possit intel ligi. nūlōlōmūs tamē et multo amplius de serpente dyabolo totū oportet intelligi alioquin quomō pro maledictio vel pena maledicti reputabitur illi quod dictuſ est ei. Super peccus tuū gradieris: cum hoc ipsum prius a natura habuerit. qz dyaboluſ eo vñſ fuit ad perditionem hominis. Hoc ergo illi serpenti antiquo hoc positum est in maledictio: vt super peccus suum gradiatur: et terra comedat cunctis diebus id est vt super homines eos tanū qui ita terra sunt: vt non desideret aut re spiciant celum: querat et deuoret odio infaciabili corde impenitēti: ita datus in reprehōbiſ ſenſum: vt contra intentionē ſuā ſemper bonum dei circa electos dum impedit pitiuit magis expediat: et adiuuet propositum: qd est miro modo gradī ſup peccus proprium. Doro ad mulierez et ad virum quecumqz dicta ſunt. etiam ipſa mors corporis quā imponebat misericors deus. quia puluis es: ait et in puluerem reuertaris. verba ſunt corripientis et ſaluare cupientis: et iam tūc vias hominis auertiſ ſipientis ſpiriſ: vt ſaltem ſola vexatio dei intellectū auditui: memoremqz faciat hominem ſue pditionis: vt humiliatus corrigi poſſit et ſaluari.

Be eo qz iterum ad illum dictum est. Inimicicias ponam inter te et mulierem et ſemen tuu et ſemen illius. et cur hoc ad

Secundus

ſerpentem et non ad ipsam maluit dicere mulierem.

Capitulum. xvij.

Quod ſtulimus quod maximum est et maxime ad preſentis operis rationem pertinet: videlicet illud qz ad ſerpentes poſt alia ſupra memorata dixit deus. Genef. ii. Inimicicias ponam inter te et mulierem: et ſemen tuu et ſeme illius. Ipsa conteret caput tuum: et tu in ſidiaberis calcaneo eius. Quid primum in hoc verbo gratiosa fides miratur. quid poſſimum collaudet verbi veritatez: an verbi et patris eius bonitatez: vñrunqz col laudet: vñrunqz digne predicare desideret quia vere magna bonitate ſic elocutus ē magna et conſlanti veritate locutio eius adimplita eſt. Inimicicias inquit ponaz inter te et mulierem tangē dicceret. Nunc mulier ſimul et vir tibi federati ſunt: tecuqz fecerunt pacium. et cum morte ſedus percuſſerunt: vñpote qui a facie mea pro fugi atqz abſconditi: burn requiruntur a me quare hoc fecerint contemnunt vocē cōmonentis: et deſcendendo peccatum ſuū palaz faciunt. quia tibi fauent vel conſen tientes et amici ſunt. Ego autem huius modi amicicias diſſoluam: inter te et mu lierem inimicicias ponā: cur hoc ad ipsaz mulierem non dixit. Poderat nanqz vbi dixit mulieri. multiplicabo erumnas tuas et ſeceptus tuos et c. hoc ipsuſ ſic ad candez dicere. Inimicicias ponaz int̄ te et ſerpentem et ſemen tuu et ſemen illius. cur ergo non dixit. Minirum duplē ob cauſaz Primum quia propter peccatum et pccati deſcenſionez hoc mulier non merebat ut iam tunc ad eaſ promiſſiones tuas: pmiſſiones tante gracie faceret deus. De inde quia non ad ipsam euam: ſed ad alteram eiusdem ſexus personam videlicet ad beatam virginem mariam intendebat ipſe qui loquebatur. Recete igitur non ad mulierem male meritam facta eſt auxili atricis gracie promiſſio: ſed potius ad ſerpentē hostilis et bellica cōminatio. Quid autem hoc dictio deus: nil ſemceptum

ecundus
ad ipsam relata dicere
plum. xii.
utrum di
in quo mecum er
me ad pacem opera
roderet alio qd ad fa
a monosia dicitur
unimicis ponat in
lemonium qd sem
caput numeri in
tis. Quo ponam
fides maturitudo
variorum rerum an
maturitas rerum an
preducere debet
naturae sic dicitur e
etiam locum cui
nostrae virginis ponit
angustia. Non
tum sicut sunt exq
et cum matre huius
qd a facie matre pro
cum respirant a
int convenienter res
tendo peccatum ini
tum fructu per confi
Ego enim bunt
dum inter te et mu
liger hoc et ipsi
Dicitur namqz
de criminalibus
qz p. la. ad canes
nisi ut et a lepro
non linea. et ergo
nulum ob causis
per passum et pec
culum non morbet
unimicis natus p
facta deca. Ad
in quibus ad al
per se rident
nas innotescit
concurrit ad
in factis ambi
p. p. p. as se
componit. Quod
est inscriptum

Folium

In proposito suo manere velle testabatur
Serpens manqz infidibatur ne fieret qd
proposuerat deus dicendo. **Bene.** j
Faciamus hominem ad imaginem et simili
stitudinem nostram. Elicuisse et hoc propo
situm se auctorisse gloriabat. Deus autem
eiusdem propositi sui victoriam in potes
tate habens serpenti cōminabatur.

Quod principaliter beata virgo maria
mulier ista sit inter quas et serpentes deus
inimicicias posuit. et semen illius ibclus
christus. et quomodo semen serpentis sit
omnis homo impius. et contra semine mu
licris omnis pius sive electus.

Capitulum. xvij.

Et quid est pri
cipaliter beata virgo maria mu
lier illa est inter quas et serpen
tem inimicicias positurum se dixit. et po
suit deus. et semen illius filius est ipsius
ibclus christus. Ut ruramen quoniam
mulier uniuersale feminini sexus nomen
est. omnes nihilominus per mulierem in
tellegimus personas electas feminini sexus.
et per semine mulieris omnes personas ele
ctas virilis sexus: quarum omnium vide
licet personarum virtusqz sexus ibclus chri
stus cui eadem ex qua factus est muliere
princeps et caput est. **Q**uod si ratio queatur
cur per semen mulieris persone intelligi
debeat sexus virilis. Aut qui de natis
scripterunt. ex paterno semine pueras: et
ex materno pueros nasci. quia duplice se
mine constat omnis partus cuius maior
pars inualuerit occupat similitudinem se
xus. igitur cum dicit. Inimicicias ponaz
inter te et mulierem et semen tuum et sem
en illius: omnium electorum tam feminini q
virilis sexus per mulierem et semen illius
intelligitur. et econtra sicut per serpentem
dyabolus: ita et per semen serpentis oes
iniqui et maligni homines imitatores eius
Et recte: licet nemines generit aut crea
verit ille. Nam si iniqui et impii homines
serpentis id est dyaboli semen non essent
nequaquam dominus diceret iudeis. **Mobā**
vij Et vos que vidistis apud paucum

xvij

vestru facitis. Itemqz vos facitis opera
patrii vestri. profecto dyabolum volens
intelligi. Scovit enim protinus in codic
sermone. Vos ex patre dyabolo estis et
desideria patris vestri vultus facere. Eo
qui tam constanter dicitur semen serpenti
us id est filii dyaboli. causa ut nasceretur
peccatum exiit dicente deo ad mulieres
postquam peccauit ascensio dyabolo. **D**ul
uplicabo criminis was et acceptus tuos.
Vorbo illorum qui intelliguntur per semine
mulierem: causa ut nascerent exiit bene
dictio dei: qua ante preuariationem pri
mie hominibus benedixit. sicut scriptum
est. **Bene.** j **H**asculum et feminas
creavit eos: benedixitqz illis et ait. **C**re
scite et multiplicamini.

Quod capitulus illud. Inimicicias ponaz
inter te et mulierem inicium fuerit belloqz
domini. et que sunt bella domini: vel quia
liber bellorum domini.

Capitulum. xviii.

Capitulum hoc
inicium est libri bellorum do
mini: cuius moyses hoc modo
meminit. Siquidem arnon ait terminus
est moab dividens moabitas et amore
os. unde dicitur in libro bellorum domi
ni. **Numeri. xxj.** **S**icut fecit in mari
rubro: sic faciet in torrentibus arnon.
Quis enim est ille liber bellorum domini
vel que sunt bella domini. Constat numerus
ante ipsam in qua hoc scriptum est leges
moysi: nullos suis sc̄ materiales vel manu
scriptos libros bellorum domini. sed nec
ulla nouimus bella alia domini: nisi illa:
quibus extic positus inimiciciis inter mu
lierem et serpentem. inter semen mulieris
et semen serpentis hactenus certarium est
et certabitur usqz in finem seculi. et con
tritum est caput serpentis. et idem videt
ibus cunctis precipitabitur in die iudicij
que victoria est verbi dei. Ergo liber bel
lorum domini uniuersa sancta scriptura est
cuius partem precipiavam sc̄ pentateu
con moyses ipse scriptit. et cetera volumia
sacra veteris ac noui testamenti scribenda

Liber

non ignorauit cum esset propheta: qualis ultra non surrexit in israel: sicut de illo scriptum est **Gen. xxviii.** Quem noster dominus facie ad faciem in oibus signis atq; portentis. et quis dubitet libz eiusmodi sc; sacram scripturam libz esse vel recte dici bellorum domini. Quid enim aliud ostinetur vel agitur in scripturis sanctis: nisi bellum et certamen verbi dei ad destructionem peccati et mortis. Hic autem eadz scriptura sacra liber iustorum Scriptum est enim **1 Reg. i.** Planxit autem dauid planctu super saul et super ionathan filium eius et precepit ut doceret filios iuda arcum: sicut scriptum est in libro iustorum. Idez enim est ac si dicatur. Quomodo male pugnatum fuerat propter saul: quia verbum domini non custodierat. pcepit ut docerent filios iuda in quo sperare deberent belli fortitudinez que intelligitur per arcum id est ut sic pugnare et victoriaz sperare scirent: sicut docet ois liber iustorum. omnis textus scripturarum sanctarum. Igitur ab hoc inicio libri iustorum libri bellorum domini quo sic deus coxit **Gen. iii.** Inimicicias pon. inter te et mulieres et semen tuum et semen illi. Ipsa conteret caput tuum: et tu insidea calca eius. ab hoc inquam inicio tanq; de monte excelso virtutem comprehendur verbi dei descendenter velut in campi planiciem aduersus maliciaz siue mendaciuz dyaboli serpentis antiqui qualiter pugnauerit: qualiter vicerit atq; triumphauerit: ut completo proposito suo in quo benedicet primis hominibus in constitutione mundi dicat tandem **2 Cor. xxi.** Accipe benedicti patris mei posside paratum vobis regnum a constitutione mundi.

Quomodo cayn primu semen serpentis: et contra semen mulieris primu abel semen benedictionis dei fuerit.

Capitulum. xix.

Dominum serpentes semen extitit cayn. Hinc Jobannes in epistola sua **11**

Secundus

Joba. iii. Non inquit sicut cayn qui ex maligno erat. Serpentis ergo semem erat videlicet imitatione inuidie non natura. Porro semen mulieris semen benedictionis dei primus extitit abel. Semen autem mulieris dico: q; fuit non ex peccato propter quod mulieri dictu est **Gen. iii.** Multiplicabo crump. t. et concep. t. sed ex bono benedictionis: qua ante peccatum benedicendo et dicendo **Gen. i.** Crescite et multiplicamini. nasci iussit omnes sanctos. In hoc semen mulieris et illud semen serpentis: deus memoz proposuit sui statu inimicicias posuit. Inimiciciarum principium illud extitit: q; a se meuplis dissenserunt studiis diuersis imo contrariis. Cayn namq; infidelis et agricola extitit. Abel fidelis et pastor ouium fuit. de quo apostolus ad **Hebre. xi.** Hid inquit plurimam hostiam abel q; cayn obtulit deo per quam testimonium consecutus est esse iustus. testimonium perhibente muneribus eius deo. Eo nimis modo maxime deus inimicicias posuit in eos videlicet muneribus abel testimonium perhibendo. Sic enim scriptum est **Gen. iii.** Et respexit dominus abel et munera eius. Ed cayn vero et ab munera illius non respexit. Iratissq; est cayn vehementer et concidit vultus eius. Inimicicias ergo inter virumq; deus posuit. q; respectu dei in abel semini nequa inimiciciarum et odio causa extitit. Sed et illud considerandum: quia contra serpentes in ipsa oblatio sua prius abel visibilis inimicicias exercuit offerendo agnum simplex animal: et immocu contra serpensem malicioz atq; nocuum. sed quid euenerit: qualiter inimiciciarum tunc euetus extitit. prius impius occidit. semen bonum inuidia seminis nequa extitit. Ecce inieci bellorum domi. Hic primus ex facie verbi dei victoriam eiusdem verbi pie mortis precursione declamauit.

Be iusticia et morte abel. q; hominibus moriens deo vivit melius: et defunctus abduc loquitur.

Capitulum. xx.

Folium Ecce iam vnu

Ecce hominem de massa illa cuius principia fuerunt adam et eua luxa suam prouexit intentionem bonam quam proposuerat dicendo **Gen. 1.** Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Hunc enim non solum ad imaginem dei facius est: id est rationalis quod non negatur etiam de maligno cayn: verum ad similitudinem quoque eiusdem dei in eo quod imitator eius extitit per iustitiam fidei. Amplius autem in eo spectat ad similitudinem dei quod pulcherrimam in semetipso preuulit figuram verbi dei. Vbi incarnandi et per pacientiam peractuari victoriam peccati et mortis. Notum est alumnus sancte ecclesie pene cunctis qui dicimus quia in abel christus in cayn qui illum occidit iudaicus populus qui christum erat occisorum: in voce et clamore sanguinis abel accusatio sceleris iudeorum inexcusabilium. In terra que apperuit os suum et suscepit sanguinem abel: ecclesia que sanguinem christi fideliter in sacramento bibitura erat pia similitudine signabatur. Non ergo vinci sed vincere incipiebat verbum dei propositum dei in morte iusti: qui tunc reuera perfectius est ad imaginem et similitudinem dei: quando tali modo decidit. Etenim hominibus qui dem mortuus est sed deo vivit: deo loquitur et nobilis loquiur: et verbum dei sonat sanguis eius. Nam et ipse deus **Ge. iii.** Vox inquit sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et apostolus dei cuius dixisset **De. xi.** Vide plurimam hostiam abel obtulit deo subiectus: et persecutus: et per illam inquit defunctus ad huc loquitur. Nonne et hoc ipsum testat euangelio dominus qui cum de mortuis daret testimonium resurrectionis dicente deo **2. Dat. xxij.** Ego sum deus abraham et deus ylaac et deus iacob. Pro tunus assumpsit dicens. Non est deus mortuorum sed viuorum. Omnes enim ei vivunt. Ex abundanti est hoc astruere: quod omnium primus abel mortuus hominibus nibilominus vixerit deo: nisi quod d

xviij

lectabile est insultile serpenti antiquo qui tam fatuus est ut victorem faciat dum in bono proposito duus cupit ipse esse victor quia quem fecit interfici hominibus melius fecit vivere hominibus et deo vere super pecus suum gradiens idem nequissime intentioni sue omnino coniuria efficiens.

De generatione cayn qui erat semen serpenti quod velocius pullulauerit et quod cayn et abel duarum generationum que si bi contrarie sunt principia fuerint

Lapitulum. xxj.

Altere a velociter

pullulabat semen serpentis quod erat cayn: videlicet secundum imitationem patris eiusmodi id est serpentis antiqui. Utique hominem cide et inuidi: quia per inuidiam et ipse occidit. Velociter inquit pullulabat semen illud: iamque regnare properabat condens ciuitates et opida: sicut scriptum est **Ge. iii.** Et edificauit cayn ciuitatem vocata nomine eius ex nomine filii sui enoch. Porro semen mulieris sive semen dei tardius veniebat: ymo et a radice perisse videbatur quomodo abel non relicto semine id est nullos habens liberos fuerat interficetus. Sciendum quippe est cayn et abel duarum generationum fuisse principia: quarum altera reproborum: altera electorum generatio est. Hunc quidem generationes iste secundum carnem commixte: sed hoc accidit per peccatum **Gen. vi.**

quia cum cepissent homines multiplicati super terram videntes filij dei filias hominum quod essent pulcre acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. hoc ita contra dei statutum cœnit sicut et illud quod longe posterius filij israhel contra preceptum domini duxerunt uxores filias chanaonorum. Ipsique filias suas eorum filiis tradiderunt: unde et accidit: ut per mulieres subuersi facerent malum in conspectu domini seruiendo diis alienis. Sic in quibus et illud contra dei preceptum extitit quod tunc filii dei id est homines electae generationis filias hominum id est generaliter reprobe cuius cayn erat principium

Liber

vxores acceperunt. Unde et ita corrupti sunt ut deus induceret diluvium et deleret eos. **G. vi.** Deniter enim inquit me fecisse eos. Cum igitur sublatus esset iustus abel quasi de victoria tumidus: scriptus sibi plaudebat: eo quod sublato bone generationis seminario sola in mundo pulularet generatio sua generatio mala. Et adultera generatio prava et peruersa.

G. vi. Seth quo nato dixit Adam posuit mihi deus aliud semen pro abel.

Capitulum. xxiiij.

Sed cognovit
abduc adam vxorem suam ait scriptura. **G. iiiij.** Et peperit filium: vocauitque nomen illius Seth: dicens. Posuit mihi deus semem aliud pro abel quem occidit cayn. Hoc et scilicet natus et filius quem vocavit. Enos iste cepit in uocare nomen domini. Ab isto ergo altero semine mulieris generatio rectior que secundum carnem defeccerat in abel resuscitata est. Unde et congruum fatis vobulum posuit illi pater ut vocaret eum scilicet Seth namque resurrectio interpretatur. Ni mirum vel propheticus spiritu: vel ab experimentis quibuslibet adam predictus est ut sciret cum esse de parte dei: et quod generationem eius implendum esse propositorum dei ut predestinati nascentur electi: et idcirco dixit. Posuit mihi deus aliud semen pro abel quem occidit cayn. quia mora fuerat antequam resuscitaretur: hoc principium bone generationis. **G. v.** Dixit adam inquit ceterum et xxx annos et genuit ad similitudinem et imaginem suam filium vocauitque nomen eius scilicet. Ni mirum per tot annos adam potuit genuisse filios et filias nec solus abaz hunc et ipse cayn qui iam ciuitatem condebat. Recite ergo et veraciter sapiens dixit. **C. puer. xx.** Hereditas ad quam festinatur in principio in nouissimis benedictione carebit. Hoc enim non solum in quolibet homine verum etiam in universitate hominum certis claret experimentis: quia videlicet generatio cayn semen serpentis: et cum festinatione venit: et cum festinatione ciuitates

Secundus

tes condidit. Generatio autem abel sine semine dei quod posuit deus pro abel et tardius venit: et ciuitatem hic manente non habuit: sed futuram inquisuit.

G. vi. Sed eo quod scriptum est. Evidentes filii dei filias hominum quod essent pulchre acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant quantum hoc malum fuerit

Capitulum. xxiiij.

Quid ageret

Quo se verteret ille serpens antiquus dum semini suo contrarium semen dei multiplicaretur. Invenit quid faceret unde verbum dei superare: propositionemque eius abduc se auertere posse speraret. Sciebat quod per mulierem virum primum cepisset. At vero tunc multe succreuerant mulieres pulchre et concupiscentes et viri quamvis iusti ad libidinem pronisi: utpote de viciata radice natu: Scicns ergo valere sibi ad mortis ipsorum prouentum consorsciat mulierum alienarum id est earum que de generatione cayn ex ore sunt: egit ut fieret quod scriptura factum narrat dicens. **G. vi.** Tuncque cepissent homines multiplicari super terram filiasque procreaverunt videntes filios filias hominum quod essent pulchre acceptant sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Ecce primus effectus: primumque experimentum propter quod veraciter de illo ad beatum Job dictum est. **J. Job. xi.** Virtus eius in lumbis eius: et potestas eius in vmblico ventris eius. Per luxuriam namque viris in lumbis et seminis in vmblico est rem tantam effectus et virtuosus sibi videretur et potens siue fortis: quia hinc intentionem suam non parum profecisse sibi visus est in eo quod filios dei filiis siue filiabus hominum fecit conformes ut nulla vel parua esset discretio generationis cayn: et generationis Seth: An parum sibi visus est fecisse cum his qui proposuerat dicens. **G. vi.** Faciam hominem ad imaginem et similitudinem nostram: talen tanquam diuersum proferret sermonem. Deniter me fecisse hominem. Sic enim scriptum est. **G. vi.**

Folium

Delebo inquit hominem quem creaui a facie terre ab homine usque ad animantia a reptili usque ad volucres celi. Penitentia fecisse eos. Si ergo rite perpedis voluntatem serpentis blasphemorum levitatemque iniunici presumptuosi hanc dubium quin multum res illa magnos eius flaus auferit ut putaret se omnino aueruisse propositum dei: verbumque eius fecisse vacuum ad ipsum reuerti:

De eo quod dicum est. Penituit deum quod fecisset hominem in terra et delebo inquit hominem penitentem enim me fecisse eos.

Capitulum. xxiiii.

Paterum quid rego est quod vel scriptor de deo loquens. penituit cum autem quod hominem fecisset in terra. Uel quod ipse deus cuius dixisset. Delebo hominem quem creaui a facie terre subiunxit. Penitentem enim me fecisse eos. Si idcirco delere se dicit hominem quod penitentem cui fecisse hoem: cur vel vnum tanto opere: tantoque miraculo reseruat hoem de cuius posteritate rursus multiplicent homines boni et mali: et pauci quidem boni: multi vero mali. Malde repugnat hoc sensui: quem signare videt littera dicens: quod deum penituit. Nec vero factum hoc solum repugnat ne sicut sonat littera passiva intellegat dea penitudo. Tlerum etiam et alterius loci scriptura que dicit: quod non est deus quasi filius hominis ut misereatur. Itaque penitudine ait. *1. Re. xv.* Non flectetur neque enim homo est ut agat penitentiam. Si igitur deus non quasi filius hominis est ut misereatur: et si penitudine non flectetur: ut verbi gratia nec tunc quidem quando dicit: penitentia fecisse hoem: universum debeat hoem quater in hoc dicio et loquentis veritatem: et non penitentis immutabilem seruabimus maiestatem. Hic primo sciendum est magnam eius que deo ascribitur et eius que homini accedit penitudinis esse distantiam. Homo namque cum sit mutabilis aliquid de malis vel iustis: aliquid de bonis quoque et iustis acibus suis penitendum gerit: et neuter huius idem humanae penitudinis modus in sapientia cadit. Ha

xviii

piens namque apud philosophos seculi ille esse procedit: qui neque mali vel iniusti quidquam quod penitudo corrigat admisit: neque bonum aliquod vel iustum quod gesit in prauum mutavit. Quod si talis penitudo in sapientem non cadit quantum magis deo nunc accidit. Ille namque non nisi de bonis vel iustis nunc penitudines gesit aut gerere potuit quod mali quippiam vel iniusti committere nunquam potest aut potuit. multum ergo a penitidine hoem differt dei penitudo que numerus non aliud est: nisi vel a misericordia ad iudicium vel de iudicio ad misericordiam transitio. Nam iste sunt uniuersae vie domini misericordia et veritas iudicij. Est autem quando de misericordia transiens ad iudicium nequaquam penitudine fleat vide iudicio rursus transcat ad misericordiam: videlicet dum peccator homo contra deum permanet impenitens ut id est saul de quo cum dixisset dominus. *1. Re. xv.* Penitentia est postulatur saul in reges. Postea samuel contra eundem loquitur. Dorro triumphator in israel non parcer et penitudine non flectetur. neque enim homo est ut agat penitentiam. Est etiam quando post misericordiam vel inter ipsam misericordie largitatem exercens iudicium: nequaquam tamen a misericordie proposito via penitidine deflecat. Exempli gratia: ut in dauid super quem post multaz misericordiam scuerum propter viam ethicum iudicium exercuit. nec tamen eundem a facie sua proiecit sic proicerat saul. Secundum hanc misericordie et iudicij dispensationem penituit quidem eum fecisse hominem id est de misericordia filii dei impensa vel impenitenda transiit ad iudicium. Aeruntamen eadem penitudine flexus non est ut bonum non desereret propositum: propter quod fecerat hominem primum

De eo quod ibidez dictum est. Si precauens in futurum: et tactus dolore cordis intrinsecus.

Capiitulum. xxv.

Quid de hoc

q dicemus: quod non solum penitus: et etiam intrinsecus docet

cij

Liber

lore tacitū fuisse domini scriptura testat. Sic enim scriptum est **Eccl. vi.** Ide nituit cum q̄ boīz fecisset in terra & pre cauens in futurū: & tacitus dolore cordis ī trinsecus. **E**ccebo inquit hominem dicit aliquis. **D**olor humano scriptura loquitur: q̄ loqui boībus. **I**ta esse p̄sentimus. **A**erūtamen necesse est verū esse quod scriptura loquitur veritatis: dolore cordis domini tacitū fuisse p̄nunciat. **D**olor dolor quedam passio de quatuor passionib⁹ bus vna quāz hec sunt noia. **D**olor sive tristitia: gaudium sive incepta leticia: pie tas sive timiditas: spes sive cupiditas: has quatuor passiones ymo vicia pueri legimus apud poetam insignem dicentem q̄ breuiissime. **H**anc metuunt cupiunt gaudientq̄ dolentq̄. **C**um ergo sic impassibiliis diuinitas offendit quispiam quotiens p̄ remittit fit huius loci. vbi dolore cor dis intrinsecus decum fuisse tacitū narrat scriptura. **S**ed e contra sciendum q̄ dolor aliud: gaudium aliud: alia spes. aliud timor: a sancta nobis scriptura predicant: que non passiones sive vicia: ymo summe virtutes a spiritualibus spiritualiter intelliguntur. **E**st enun dolor id est pie tas quā cōficit sp̄issancus: vnde & sp̄s pietatis dī. **E**st gaudium fructus eiusdem sp̄s: sicut dicit apostolus **1 Cor. v.** **F**rustus aut sp̄s est gaudiūz &c. **E**st & spes primaz vñitum media sic aut idem q̄ sup **1. Corin. xiiij.** **H**unc aut manet: fides: spes: caritas tria hec. **E**st & timor sanctus virtus & virtutū custos quez idēz sp̄issancus efficit: vnde & in ordine septem spirituum sibi sp̄s pietatis vt iam dicunt ē: ita & iam predicat spiritus timoris domini. **N**on igit offendit fidelis animus tan q̄ inconvenienter de impassibili deo predicet: q̄ sicut litera sacra predicit. **D**olor cordis tacitus fuerit intrinsecus: q̄ res uera sicut & alibi veritas prophetica testatur **Naum. i.** **N**a. **O**pus est emulatōz & vñitūcens dominus. **N**ec omnino quisquam decum veraciter imitatur nisi sit particeps boni zeli vel emulacionis eius. **Q**uid sit dolor cordis eius quo tacitus esse dicit intrinsecus **1 Cor. xxvi.**

Secundus

Dolis quo tacitus est intrinsecus tam fortis tam pius & impaſſibilis deus: zelus bonus est: & idcirco non passionem sed virtutem dicimus dolorez eius: vt vere est. **E** contrario inuidia dia boli per quam mors intravit in huc mun dum zelus malus est: & ille zelus passio magna & misera summumq̄ vicium est. **A**lrumq̄ zelum diffinire libert. **Z**elus bonus est diligere homines: odisse aut̄ hominum iniquitates. **E** contra zelus malus est odisse homines diligere autem homin iniquitates: & iste quidem dei est. **I**lle aut̄ zelus diaboli est. **D**eus namq̄ primus & p̄e omnibus diligit hominem: odit aut̄ hominū iniquitatem. **I**mitant̄ aut̄ hunc quicunq̄ homines proximos suos ita diligunt: vt odio habeant & persequant̄ mala facta ipsorum. **E** contra diabolus pri mus & p̄e omnibus odit hominem & diligit hominū iniquitatem. **I**mitant̄ aut̄ illum quicunq̄ homines vel fratres suos ita oderunt: vt eo: um diligent iniquitatē. id est non diligunt nisi consentiant vel cō similes sibi siant ad faciendam iniquitatē. **A**sta zeli oppositio contraria: diabolū dō contrarium: & hominibus constituit ini micum: & virtusq̄ zeli continuum ab initio usq̄ ad finēz seculi persecuerat duellū semper vñcentie zelo domini exercitū semper zelo diaboli cadente in confusio nez & obprobriū. **D**iabolus in zelo am riuidinis dum ad iniquitatē que mors anime est hominem allicere non potest: ad occidendum corpus per ministros suos consurgit. **D**eus autem cum quidez a quo zelus eius recessit peccatoris vel i p̄i pro eo q̄ de iniquitate incorrigibilis ē & corpus & animam in iehennam mittit: **E**um autēz pro quo zelari dignat p̄uuit temporaliter: ne punit eternaliter. **D**e huiusmodi apostolus **1. Cor. xj.** **B**ū iudicamur autem inquit a domino cor punitur vt non cū hoc mundo dāminetur

The inuidatōz & diluuij & q̄ tremēde maiestatis tria iudicia sunt **1 Cor. xxvij.**

Folium
Enīudine 1.
Digitur et dolore cordis tacitus intrinsecus: id est bono zelo excitatus: quid dixit: quid fecit dominus deus? **S**cilicet. vi. **N**o inquit permanebit spiritus meus in homine in eternum: quia caro est: eruntque dies illius centum. xx. annorum. **A**c deinde ad noe fac tibi ait archain de lignis levigatis. Ecce ego abducam diluvij aquas super terram ut interficiam omnem carnem in qua vite spūs est subter celum. **A**nnuersa que in terra sunt consumēti. **J**udicium hoc victorie verbi dei pars magna triumque iudiciorum eius quoddam medium est. **N**on quippe est tria tremende maiestatis eius esse iudicia. **P**rimum quo diabolus et satanas ille de celo proiecctus est. **S**econdum hoc quo mundus per aquam mundatus periit. **T**ercium quod in nouissimo die futurum est per conflagrationem ignis. et primo quidem soli angelorum. secundo soli hominum iudicatio: tertio tandem et homines et angelorum sunt iudicandi. Itemque primi pena iudicij solis angelorum. **D**enique secundi solis hominibus: pena terciij simul et angelorum et hominibus pro sui qualitate conueniens vel sufficientis parata est mira et terribili dispositio: nre creatoris. **A**ngelos quippe et non etiam homines aeris substantia vebit. **I**n quem angelii demones facti de celo sunt precipitati. **C**ontra non angelorum vel spirituum sed hominum vitam aquarum substantia suffocare potest vel potuit: quibus mundantibus tunc homines terribiliter sunt delecti. **A**t vero substantia ignis tam angelos quam homines vivere simul poterit: ut testatur ipse dominus diciturum se proficens malis hominibus. **D**a. xxv. **A**c maledicti in ignem eternum qui pati est diabolo et angelis eius: Non igit vane premissum est deus penituisse et dolore cordis tacitum fuisse intrinsecus: quia videlicet tanquam iudicij penam erat illarum: ipse est qui miserorum penis non delicit: nec rursus potest negligens esse aut iniustus: ut peccata summodum cuiusque non exscusat. **N**unc ait ipse in evangelio.

xix

~~Johan.~~ v Non possum ego a me ipso
facere quidquam: sed sicut audio iudico.
A se ipso nanqz facit: et iudicat quod non au-
dit is qui merita rerum subuerit et inordi-
nata relinquit. Verbi gratia ut dicat bo-
num malum et malum bonum et pro fa-
uore suo sicut iustus ita et iniustum dimis-
tit impunitum. **D**oc qui facere non audet
homo ut cunqz iustus est qui autem non
vult iustus et sanctus est: qui autem face-
re nunqz possit aut potuit: solus deus est:
qui natura iustus est.

Lur facutus illud per aquam iudici-
um premulit dicens. Non permanebit spi-
ritus meus in homine incertus; quia ca-
ro est. **L**apitulum. xxviii.

Vare autem

Quod facturus hoc iudicium premis-
sit: dicens **I**l*e*.**vii** **N**on pe-
manebit spiritus meus in hominē ineter
num: quia caro est. **N**onne et antecep hoc
volceret aufererebat spiritum homini deus:
et deficiebat et in puluerem suum reue-
rebat. **N**onne et primo dixerat homini.

S. iii. **T**onitru reuerteris in terra
de qua sumptus es: q[uo]d puluis es: et in pul-
vere reuerteris. **V**mo nonne idcirco emi-
terat cum de paradiso ne viueret ineter-
num. **B**ixit enim cum yronia grauissima
Sixit iam tunc dolore cordis ratus in-
trinsecus. **S.** iii. **E**cce adam quasi
nus ex nobis factus est sciens bonu[m] et
malum: statimq[ue] subiunxit. **A**nc ergo
e forte mitat manum suam et sumat eti-
am de ligno vite: et comedat et vivat in-
ternum: emisit cum dominus deus de ga-
iso voluptatis. quid ergo sibi vult: q[uo]d qn
o filii dei filias hominum uxores acce-
derant: illeq[ue] genuerunt gigantes id est vi-
os famosos et potentes a seculo: quando
corrupta iam erat terra: omnisq[ue] caro cor-
perat viam suam: cum propter hoc vell[eret]
ducere diluuium q[ui]si tunc primum de-
ricens dixit. **S**piritus meus id est spiri-
tus a me datum siue ad imaginem meam
cuius non permanebit in homine ineter-
num. **Q**uid inq[ui]si nisi omnibus seculis sa-
cra factum esse vult ab experimentis or-

Liber

sapienter: et utiliter rationabiliter et misericorditer faceret: hoc ipsu[m] q[uod] homin[em] morte anime iam mortuum per peccatum in corpore mortalem esse voluit edicendo illi: quia puluis es et in puluerem reuertaris: perueniendo illum et celiendo de paradiso voluptatis: ne forte mittens manu sumeret et comederet de ligno vite et vivueret in eternum. **I**gitur cum dicit **Se** **vii** Non permanebit sp[iritu]s meus in eternum. **H**oc cum intendere arbitremur: ut approbemus et laudemus bonus eius consilium: q[uod] vere q[uod] hominez in anima mortuum venit esse corpore immortalez: hoc fecit misericorditer nobis consulens: et sic scriptum est precauens in futurum. **Q**uid enim si propter vitam longiusculam: quia tunc viuebat aliis annos nongentos triginta: aliis nongentos quinq[ue]: aliis nongentos sexaginta duos: aliis nongentos sexaginta unem ut matusalon: si inq[ue] propter tantulam viuendi moram que ad eum initatem comparata nec momenti quide vel puncti ratione obtinet ita superbiebat homines viri famosi a seculo potentes atque gigantes id est dei contemptum habentes mente superbissimi et carne corruptissimi: sicut ipsa scriptura semel et iterum atque tertio: ymo et quarto inculcas et replicas manifeste asserit quid egissent vel quales fuissent: si se se nunquam morituros esse sciret. **P**erpendat qui potest: quia reuera nec leuiter dicum est precauens in futurum: nec leue fuit aut paruum q[uod] precauit deus impedimentum salutis suorum ad etiam gloriam predestinatorum: cupiens bonum usque ad victoriam perducere propositum. **A**rbitrari namque licet quia non minus in hominibus q[uod] in demonibus incorrigibile fuisset superbie malum addita corruptio carnis ultra miseriam demonum qui carni non sunt.

Cur audiens iram domini id est cominationem diluvij iustus Noe non legitur pro hominibus intercessisse eadem q[uod] **M**oses deum tenuisse legitur orationis virtute.

Capitulum. xxix.

Secundus Ropterea di

Decinem deum **Se. vi** **S**inus vniuersi carnis venit coram me et ego disperdam eos cum terra: fac ut ibi archam et ceterum. **A**udit noe vir iustus atque persecutus: et taceret. nullamque precem per in iustis offert: ut deum teneat: ut iram eius suspendat. **E**xempli gratia. Sicut eundem deum tenuit moyses dicentem sibi.

Exo. xxxiii. **S**imitte me ut irascatur furor meus contra eos et deleam eos sacramenta te in gentem magnam. **H**oc ille fecit ut vere misericordia et iustus nullatenus a biens ut fieret ipse ingentem magnam: magisque alios q[uod] sibi psules: sed non p[ro]inde immisus aut iniustus noe: qui cu[m] pararetur una cum filiis suis ad reparationem orbis terrarum non intercessisse legi[st] aut e laborasse ut iratum cunctis viuentibus et cunctis delere volenter tenere posset eundem deum. **M**osys namque alia in fide et dilectione cordis sui fuit causa q[uod] ea cuius solius sensum prebere videt Ista dicens

Exo. xxxiii. **R**ecordare abraba[m] ysaac et israel seruo[r] ior[um]: quibus iurasti dare terram hanc et ceterum. Nam ille non tantum attendebat multiplicationem seminis vel possessiones tre chanaanum quae tunc erant intraturi quoniam aspiceret: ad honorem dei salutemque generis humani ut esset deus rex et vitor p[ro]positi. **J**uxta illud **psal. I.** Ut iustificeris in sermonibus tuis et vias cum iudicaris. **A**brahe namque promisebat: ymo et cum iuramento reprobaverat deus q[uod] in semine eius benedicere omnes gentes quod est christus **Se. xxij.** et per os iacob predixerat sp[iritu]s veritatis q[uod] in tribu iuda xps foret nasciturus **Ge. xlix.** **M**on inquit auferet sceptru[m] d[omi]ni iuda et dux de semore eius donec veniat q[uod] mitendus est. Si ergo minas impuleret deus p[ro]tra populu[m] illu[m] dicens mosi. **S**imitte me ut irascatur furor meus q[uod] eos et ceterum: Non videbis deus iustificari in similibus suis: vitoriisque p[ro]positi p[ro]egressus vbiq[ue] vitatis: moyses namque et si de genere abrahe: non tam erat d[omi]nus iuda. idque et si ita ficeret eum deus in gentem magna et de linea eius

Folium

christus nasceretur: non oino viciasset verbi
dei: qd non tribui leui christi: sed tribui iude
fuerat pmissus ut ex ea nasceretur. Tunc
eundem deum quem irauit vni genti moyses
fideleriter tenuit. Noe vniuersam carnem de
lere volentem rationabiliter dimisit. quia
videlicet positio multitudinis nihil impe
diebat victoriam verbi sive propositi dei:
dum superest vel virus ad suscitandum
semem mulieris inimicicias habiturus con
tra semen serpentis.

De eo qd dictum est. Noe vero inuenit
gratiam coram domino. Itemqz noe vir
iustus atqz perfectus fuit in generationi
bus suis. **C**apitulum. xxx.

Hic unus tunc
iustus erat sicut de eo scripta
dicit. Hoc vero inuenit gram
coram domino. **S**ene. vi. Item noe
vir iustus atqz perfectus fuit in generati
onibus suis. **D**omo generationes eius
ab eo que posuit deus pro abel videlicet
deducebantur seth. **S**ene. vi. **S**eth
namqz genuit enos. et enos genuit cayna.
et caynan genuit malalebel. malalebel ge
nuit iareth. et iareth genuit enoch. et eno
ch genuit matusalem. et matusalem genuit
lamech. et lamech genuit noe. Nam ge
nerationes cayn generationes dicuntur hi
liorum hominum cum scriptura sic dicat
Sene. vi. **L**unqz cepissent boies mul
tiplicari super terraz filiasqz procreassent
videntes filij dei filias hominuz qd essent
pulcre accepit sibi uxores ex omnibus
quas elegerant. **L**um igitur in generati
onibus suis id est in generationibus filiorum
dei solus noe iustus atqz perfectus fuerit
magna et dolenda demonstratur accidisse
corruptionis filiorum dei per commixtionem
filiorum hominum quarum pulcritudo mentes
et oculos cepit et sine dubio corda perturbit
sic ut recentiori tempore salomonem quoqz
sapientissimum per mulieres alienigenas
constat esse depravatum. **U**nus autem nu
mero quid erat in illa tanta multitudine
hominum ut ipso diu vniuersum et multipliciter
germinantium. **A**tamen unus ille omni
potenti verbo dei suffecit ad retinendam

rr

sive perficiendam victorie sue palmarum ut
nihilominus quandoqz perficeret bonum
propositum qd intercederat dicendo. **S**en. i.

Faciamus hoem ad imaginem et simili
tudinem nostraz. Quid enim erat coram
deo ois illa multitudo videntis et floretis
seculi nisi senum et flos agri. **E**cce enim
senum et populus vere. **I**sa. xl. **O**is
caro senui et omnis gloria eius tangit flos
seni. et sic facile est senui exiccati et flores
cadere vento flammis sic facile fuit ubi dei
santa multitudine delere. **P**orro ipsum
verbum domini manens in eternum obediens
entem sibi manere: fecit hominem unum
gubernans eum per contemptibile lignum
Secunda laude verbi dei qd hoc idcirco ser
uans sit ab hora temptationis: qd seruauit
verbū patientie dei. **C**apitulum. xxxi.

Vita ergo Ias

Dunc sibi dixisse dcū. **Q**uonia
seruasti verbū patientie mee
et ego te seruabo ab hora temptationis qd
ventura est in orbem vniuersum temptare
habitantes in terra. **M**ultum enim attinet
ad laudem victoriosi verbi dei qd obserua
tor eius propter hoc ipsiū qd illud seruauit
seruatus est ab hora temptationis: imo a
toto anno iudicij id est diluvij qd per totū
annum terram vniuersam occupauit qd
erat illud verbū patientie dei. **S**ene. vi.
Ecce inquit ego adducam diluvij aquas
sup terrā ut interficiam oēm carnē in qua
spūs vite est subter celuz et c. **H**oc verbū
recte dicitur verbū patientie dei: quia vi
delicet postqz hoc verbum dixit deus. ad
huc diu patienti sustinuit. **A**nni fere centū
interfluxerunt ab hoc dicto anteqz inun
daret diluvium et illi credere nolentes et
in impietate permanentes patientiam dei
contemnendo: iam sibi irrevocabiles the
saurizauerunt. **H**inc petrus apostolus. **I**.
Dicti. iii. **Q**ui increduli inquit fuerat
ali quando expectabat dei patientia in die
bus noe cum fabricaretur archa. **E**ligi
anter itaqz attendenti liquet qd longa et
magna fuerit patientia dei: et qd veraciter
ille vir iustus atqz perfectus seruauit verbū
patientie dei videlicet centū ut iam dictū

Liber

est annis fabricando archam: irrisioneſ et ſorcie multa diſſicilia ſuſtinenſ ab increduleſ dum anunçiaſet verbo et ope inuaduſas ſuper omnem terram aquas diluij. Beniqz cum quingentorum eſſet annoſ locutus eſt ei deuſ. **Geneſ. vii.** **S**ac tibi inquiens archam de lignis leui gatis: et cadem ſcriptura teſte ſex centoz erat amiorum quando diluij aque inundauerum. **Geneſ. vii.** **Q**uātos putas tanto tempore fluctus hominuſ ſuſtinuit ſi propheſe ſuis quifqz ipibus per verbū domini preſciendo plagā quamlibet imminenteſ ſic offendit. ut de vita quoqz pericitarentur. vnde et dicit quidaſ illoruſ. **F**ormido et laqueuſ facta eſt nobis vaſticatio et conuicio: cui incredibile videt iuſtu illum multum offenditſ fabricando archam: et fuiuruſ prenunciando diluiuū per tot annos apud ſuperbos et gigantes illos in illo recenti ſeculo: ceruicofo nimil atqz luxurioso. **I**git quomodo ſeruauit verbū patiēte dei: et ipſe deuſ ſue verbū dei. ſeruauit illuz ab illo ſecuritate iudicij miraculo magno et congruentie eius ſidei. **S**icut enim corruptioneſ fluctus quibus omnis caro coruperat viam ſuaſ mente enicit. et laudem iuſticie ſue perfectionis habere incruit. ita et aquas diluij vehe menter inundantes per contemptibile liſignum ſuperando: ſeculis omnibus innouit.

De perſuerantia ppoſiti dei: qz ſicut in inicio creacionis hominum: ita et post diluiuū benedix illis dicens. **E**reſcite et multiplicamini. **Capiolum. xxxii.**

Dicit illud iudiſ cium verbū dei ſuos in mundo precones notos et insignes habuit. imo et haberet efficit quoqz primus idem. Noe cum filiis ſuis benedictionem eandem accepit quam dudum deuſ edi xerat quando primos homines masculu et feminam creauit. **S**icut enim tunc illis benedixit deuſ et ait. **Geneſ. i.** **C**reſcite et multiplicamini et replete terram: ſic et post diluiuū residuis iſtis eodem verbo benedixit. **S**ic deniqz ſcriptum eſt

Tercius

Geneſ. viii. **E**gredere inquit de archa tu et uxor tua filij tui et uxores filiorum tuorum tecum: ciuiciaqz que ſunt apud te educ tecum et ingredimini ſuper terram: crescite et multiplicamini ſuper eam. **A**c deinceps. **Geneſ. viii.** **D**oboramqz eſ dominus odorem luauitatis. **Geneſ. ix.** **E**t benedixit noe et filius eius: et dixit ad eos. **C**reſcite et multiplicamini et implete terraz: et ſic terror uester ac tremor ſuper cuncta animalia terre. **E**inde tertio **Geneſ. ibidem.** **C**los autem crescite et multiplicamini et ingrediſimi ſuper terraz et implete eam. **T**rina verborū coruſez repetitio: magna eſt propositi dei conſiratio quod propositum in verbo ſuo ſciēſ et preſciens atqz predeſtinatos habēſ omnes sanctos atqz electos ſuos quos naſci voletabat ſibi de genere humano: quantis meritis cresceret quanto numero multipli cari haberent extinc vſqz in finem ſeculi quanto et congregatis illis ad occieram ſuam dicet ipſum verbum incarnatiū ibe ſus christus vitor propositi. **Matb. xxv.** **E**lenite benedicti patriſ mci poli de te regnum quod vobis paratum eſt a conſtitutione mundi.

Incept libeſ ter
cius

De tribus filiis noe ſem cham et iaſper

Capitulum primum

VNC IAſer
mo per compendiuſ cur
rens videlicet obmifſis
miſteriorum ſue allego
riarum longis iuſteribus
magnisqz circuitibus deuenit ad taberna
cula ſem dicente parte noe. **Geneſ. ix.**
Bilaret deuſ iafetib et habitet i taberna
culis ſem. **D**orro tabernacula ſem ade
ptionem filioz dei et gloriā et teſtamentū
et legiſtatiōz et obſequiū et pimissa intelli
gium q ſia data ſunt ſemi abrahe q ſuit
de poſteriorate ſem. **Gen. xi.** **D**e qpp
genuit arſacat. arſacat genuit falc. falc ge
nuit heber. heber genuit phaleg. phaleg
genuit reu. reu genuit ſarutb. ſarutb ge-